

Ad n. 33 (p. 23). De sarcophago Valerii Amandini scripserunt praeterea in volumine actorum instituti archaeologici eo, quod adscripti (*archaeol. journ.* 27, 1870), praeter Arthurum Stanley decanum Westmonastriensem etiam Mc Caull (p. 110 ss.), Albertus Way (p. 191 ss.), R. S. Poole (p. 119 ss.), I. G. Joyce (p. 257 ss.). Ceterum sarcophagum non destinatum esse museo Britannico A. W. Franks me docuit.

Ad n. 39 (p. 25). In praescriptione scribe *a equale* pro *a equata*.

Ad n. 45 (p. 26). REG in fine tituli potest esse *Reg(nus)* aut *Reg(nensis)*; cf. cap. VI supra p. 17.

Ad n. 52 (p. 27). V. 2 in nomine Tancini typothetarum incuria excidit I longa; emenda TANCINV.

Ad n. 61 (p. 28). Ex ephemeride *the Reader* repetivit I. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 101.

Ad n. 67 (p. 30). Titulus primum prodiit in *the Literary Gazette for 1824* p. 270 (*Saturday, April 24, 1824*), repetitus ibi ex ephemeride quadam provinciali, quae non indicatur. Repertus esse dicitur *on land belonging to Mr. Creed, adjoining the turnpike road ad Wootten, near Gloucester*. Inde repetitus est in *gent. mag.* 94, 1824 p. 165 et apud Féruccacum loco supra indicato.

**1339** (inserenda post n. 68). Reperta una cum n. 67 (vide addenda); videtur periisse.

XX S LIVI SATVRNINI STIPENDIORVM XIII ORVM XXXX

*Literary gazette for 1824* p. 270 (inde *gent. mag.* 94, 1824 p. 165; Féruccacum *bulletin* 1824 II p. 190). Versuum divisio non indicatur. Latent talia fere: . . . miles legionis] XX 7 (centuria) Livi Saturnini stipendiiorum XIII [annorum] XXXX. Fragmentum in excerptis nostris omissum hic demum proferre licet.

Ad n. 68 (p. 30). In adnotatione ad hunc titulum et alibi interdum diploma n. 1193 male, ut fere solebat, adscripti anno 104, cum sit anni 103; unde hic annus ubique reponendus.

Ad n. 93a (p. 36). Basim potius esse clipeatam cum imagine me monuit Franks. Ceterum in titulo scuti typothetae errore PECIT dedecunt pro eo quod esse debuit FECIT.

Ad n. 95 (p. 37). De T. Flavio Postumio Varo hoc nuper Henzenus dixit C. I. L. VI ad n. 1416—1419.

Ad n. 98 (p. 38). Rufilianus cognomen fortasse male lectum est pro Rutiliano. Quod si recte conieci, componi potest cum hoc Britanniae legato notus ille Luciani ex Alexandro Rutilianus, cuius nomen, ubi primo loco memoratur in narratione Luciane a. 30, ita in libris optimis scribitur KAI Πούτιλιανός. In KAI enim illo minime latet id quod Franciscus Fritzschus proposuit praenomen Γάιος vel Γναῖος vel Κόιντος, sed sine dubio ΚΑΛ, id est Καλπαρνιος. Itaque Britanniae legatus Alexandri amicum inter affines maiores natu fortasse numerabat.

Ad n. 101 (p. 38). V. 4 in scribe NI pro IN.

Ad n. 103 (p. 39). In fine adnotationis pro *Philippus* scribe *Philippus*.

Ad n. 105 (p. 39). Egit de hoc titulo nuper Mommseus in *Hermae* vol. VII (1872) p. 308, improbans ibi quod olim proposuerat supplementum honoratorum atque cogitans de *hominibus*, quamquam ne hoc quidem sibi satis facere dicit. Mihi in mentem venerunt *holitores*, quos

putabam nominari posse iuxta veteranos illos utpote *collegium* inter cives ibi consistentes constitutum.

Ad n. 120 (p. 40). Guilelmi T. P. Shortt, hominis sane exiguae fidei, testimonium, cuius memini in adnotatione, hoc est *assoc. journ.* 4, 1849 p. 397): *The tablet at Caerleon reads thus, the letters much interwoven, and ligated into monograms: ALAE INDIANO(rum). The second line is FITAD<sup>c</sup>, which might be FI Felix Iulia TA Turma, the title of the troop at Isca Silurum; D<sup>c</sup> Deciani or Decii the name of the officer in command.*

Videant antiquari Iseenses num talis omnino unquam ibi extiterit titulus. Ad n. 120 talia vix referri posse patet, alium vero praeterea similiorem non novi.

Ad n. 133 (p. 41). In fine scribe *monime(ntum)* pro *momime(ntum)*.

Ad n. 140 (p. 42). In adnotatione ad v. 7 scribe 'Nollis est nolis', pro 'et nolis'. Deinde in titulo litteris minoribus scripto post Nodenti punctum excidit. Scribe: *devo Nodenti. Silvanus* (pro *Silvanus?*) e. q. s.

Ad n. 142 (p. 44). De forma composita quae videtur esse *aquaeductum* nuper Henricus Jordan dixit in *Hermae* vol. VII (1872) p. 361 s.

**1339a** (inserenda post n. 143, p. 44).

*Castell Tomen-y-Muir, North Wales*; repperit Mr. Grove. Est lapis centurialis ut n. 144.

DIVI · PERPETVI  
P · XXI

E. M. Thompson mihi misit datam sibi a Levien collega.

Lege ɔ·IVL, ut sit ɔ (centuria) Iul(ii) Perpetui; p(edes) XXI.

Ad n. 151 (p. 45) *Doly* s. *Dolau Cothy House* pertinet ad *Caermarthenshire*, ut monuit Kiepertus. In *Archaeologiae Cambrensis* ser. III volume 2, 1856 titulus legitur p. 252, non 282.

**1340** (inserenda post n. 153, p. 47).

In insula *Anglesey* nuper prodiit titulus hic inscriptus in parte antica lapidis:

... ET MORVBVS  
DISCIPILNA  
ET SAPIENTIA

in latere eiusdem lapidis haec sunt:

... AVROE .. APIDIBI

Albertus Way misit. Utrum titulus vere Romanus fuerit an christianus quales in regione illa frequentes reperiuntur, non definio. In latere videtur legendum *auro e[t] l]apidib[us]* ...

P. 47. Devae Minervae signum pro virgine Maria celebrari adnotat Stephens (*old northern runes* I p. 462); ego signum illud non vidi.

Ibidem in columna altera ima versu si infra incipis quinto lege *ad Petrianas* (*non Petrianam*) stationem.

Ad n. 201 (p. 55). Pro *RERVRRINI* scribe *REBVRRINI*.

**1341** (inserenda post n. 212, p. 57).

Mancunii in museo Salfordensi titulum vidi ex collectione Eduardi Holme quondam dono datum a. 1848 a concilio universitatis Londiniensis, qui nuper translatus est Londinium in museum Britannicum. Affir-